

pter quem casum officium criminale deserens se conuertit ad clericatum, & exinde factus est Cardinalis, iurque Episcopus Placentia, Casumque audiui a Reuerendo Praeposito Castri Sancti Ioannis Illustissimi, & Reuerendissimi Domini mei Qui quidem Praepositus alias eiusdem Reuerendissimi de Aretio fuerat suffraganeus, & idem satischarus; demum de anno praesenti 1588. idem euenit casus satis memorabilis in personam Dom. Galeatij de Zucchis auunculi mei, sub Dom. Deiphobo potestate terrae Soranae, de quo supra hac eadem quaest. versicul. Iudex autem; vide similem casum apud Menoch. de arbitr. iudic. libro 2. cent. 269. num. 5. Drogh. u Poterit repeti in tor-

mentorum extortam, fuerant ultimo supplicio affecti. Idem dicit Salicet. in l. 2. num. 10. C. de custodia reorum, quem refert Paris Put. de syndicato, fol. 488. cap. 3. num. 1. in fin. & Foller. in pract. crim. fol. 322. num. 78. Dicit etiam in loco praallegato, numero 62. in fine, quod licet verum sit de iure, quod semel tortus competenter, non debet iterum torqueri, nisi superueniant noua indicia, tamen consuetudo obseruat contrarium; & quod latrunculatores sa-

tura.] Adde, vt per Carer. in pract. in tract. de ind. & tortur. pag. 162. quod tamen qualiter procedat, vide per eum, ibidem, num. 190. cum pluribus seqq. & ibi etiam an ipse confessus fuit ad bancum iuris negat, an cogatur perleuare in sua confessione, & nu. 193. quid si praecedentibus indicijs fuit tortus, & confitetur, & deinde ductus ad bancum inde repetitur, & confitetur, & deinde negat, & hoc pluries facit, & nu. 194. quod per res vices repetitur in tortura, & nu. 195. an reus possit repeti ob duritatem si dicat in tortura, si stare per decem dies pedens in tormentis non confitebor. Et quid si fuerit relaxatus fidei in foribus, & modo citetur, & non compareat, vide ibi remissiuè. Giach.

QUEST. LXV.

Reum, qui delictum confessus est, omnino condemnandum esse.

SVMMA RIA. Ex Claro.

- 1 Reus confessus delictum condemnari.
2 Et an vnica confessio sufficiat, vel plures requirantur. Ex Additionibus.
*1 Confessio iudicandi in criminalibus habetur loco sententiae.

- 1 Confessus sponte debet condemnari, etiam quod secundo loco contrarium in tortura deposuisset.
2 Confessus in tortura, an, & quando validior sit spontanea.
3 Conspiciens aliquem occidisse, cum tantum vulnerasset; an secuta morte post confessionem, possit ex illa confessione condemnari.
4 Confessus spontanea sine indicijs valet ad condemnandum.
5 Et quid si fuerit reus absolutus, quia crimen non erat probatum.
6 Et quid si non praecesserit processus.
7 Et quid in confessione muti signis declarata.
8 Confessus crimen an censetur confiteri qualitates.
9 Confessio spontanea non requirit ratificationem.
10 Confessio reus maior est alijs probationibus.

ADDITIONES Ad Quaest. LXV.

Bi reus delictum.] Adde, quod confessus in iudicio legitime condemnari potest, licet processus sit ineptus, teste Mathesil. lingu. 53. vbi ponit rationem. Vide quaescribit Ias. in l. cum te, nu. 5. C. de transactio. Et hoc adeo verum est, vt etiam nullis praecedentibus indicijs, vel non data indiciorum copia, confessio sponte facta sufficiat ad condemnandum consententem, vt est text. & ibi hoc no. in cap. 1. de accusat. libro 6. Baldus ita tenet in additione ad Specul. in titulo de confess. idem Baldus, & Doctores in l. 2. C. quod met. cau. Ang. in l. 1. ff. de confess. Item confessio iudicialis in criminalibus loco sententiae habetur secundum communem opinionem, de qua per Bursattum conf. 77. numer. 24. libro primo, vide Olascum decisione 149. numero sexto. Cui adde, quod per confessionem inquisiti non agitur contra heredes, si decesserit ante sententiam, nisi in famoso latrone, iuxta tradita per Doctores in Apostill. ad Bartol. l. 1. numero 19. C. de confess. Guot. Vbi reus delictum.] Vide Farinacium volumine quarto supra quaestione 81. vbi generaliter de materia, cap. 1. & seqq. Ros. Vbi reus delictum.] Adde, quod sponte confessus debet condemnari, etiam quod secundo loco contrarium in tortura

QUEST. LXV.

Bi reus delictum ipsum confessus fuerit, tunc dici solet nullas esse indicia pariter, nisi in condemnando:

deposuisset, quia statim primo dicto rei, vt per Bartolum in l. prima, §. quaestione, ff. de quaestione, vbi facit tres casus. 1. Primus est, quando quis in se tantum interrogatur, & tunc est validior confessio spontanea, quam cum tormentis. Secundus casus est, quando quis de alio interrogatur, & tunc illa est validior, quae fit cum tormentis. Tertius est, quando quis torquetur in se, & in alium, & tunc debilius est confessio, quae fit in tortura, quam quae sine tormentis; idem sentit Marsilius in dicta l. 1. §. q. ff. de quaest. Grammat. vob. 34. numero vndecimo, & consilio trigesimo quinto, in fine. Follerius in pract. criminal. in tertia parte, tertiae partis, in verbo si confitebuntur, numero nonagesimo, & Dec. consilio 175. num. 8. Item adde, si vulnerans adhuc viuente vulnerato confessus est, se occidisse, nunquid morte sequuta poterit ex illa confessione condemnari de homicidio, Bald. in capit. 1. de pace iur. firm. §. iniuria punitur, nu. 19. Item adde, quod confessio sponte facta, etiam non praecedentibus indicijs, & non data indiciorum copia valet, & ex ea confessione quis potest damnari. Aret. in tractatu malefic. in versiculo pace publica, praecedente versiculo Aduertas tamen, & Mascardus de probationibus, conclusio. 357. num. 5. & 34. volum. 1. Item, quod confessio etiam valida, & ex ea poterit quis damnari, etiam si fuerit absolutus, quia crimen plene

plene non fuerit probatum, & sententia in rem iudicata transierit, Bero. in cap. si clerici, num. 67. cum seq. de iud. & ibi, numer. 64. tenet, quod si confessio facta fuisset in tormentis, legitimis praecedentibus indicijs, non seruato tamen iuris ordine, quod talis confessio non noceret, sed si post confessionem etiam spontaneam reus de facto fuerit absolutus, per illam confessionem amplius molestari non poterit, cum non teneatur stare confessioni, postquam est iudicatum in contrarium, Boer. deci. 289. num. 8.

Item quod adde, quod confessus sponte, debet condemnari, etiam non praecedente processu, Innoc. in cap. qualiter el. 2. column. na penult. de accusat. & in cap. cum super gloss. sua, in verb. deponendum, de confess. & Angel. in l. vulgaris de furt. & Bald. in l. mercalem de cond. ob turpiud. caus. sed confessio non noceret, si aduersarius negaret, & contradiceret, Bald. in l. cum precum, C. de liber. caus. quem refert, & sequitur Paul. Mere. in conf. 91. numero 66. inter consil. criminal. diuersorum tomo 2.

Item quod adde, quod mutus ex confessione sua signis declarata condemnari non potest, sed requiritur testium liquida probatio, Baldus in l. vnica, nu. 27. C. de confess. Alexan. & Rom. in l. 1. ff. de verb. oblig. & Plaz. epit. delict. libro 1. cap. 32. numer. 18. vbi dicit etiam, cum tamen esse interrogandum per signa, saltem pro veritate habenda.

Item adde, quod non videtur fateri qualitates, Bartol. & Bald. in l. si cui, §. fin. ff. de leg. 1. & Brun. conf. feud. 69. columna 2. vers. 2. mouer. & Ias. in d. l. si cui, §. fin. dicit, quod responsio indefinita in criminalibus intelligitur secundum interrogationem, & ibi attestatur de commun. Baiard. Sed certe, Farinac. quaestione octuagesima prima, numero secundo, & tertio, capitulo primo, & numero octauo, volumine 1. Ros. Sponte confessum.] Confessio autem sponte facta, quae & sponte confessus quis dicatur, vide per practicum Carrerij, pagina mihi decimanona sub numero vigesimo quinto, & an ex sola confessione absque alio processu, & in sententia, in criminalibus fiat executio poenae capitalis; vide per Carrerium vbi supra, sub numero vigesimo sexto. Fallit vbi de consuetudine est, vt in Alemania, siue Germania, quod contra fures non formetur inquisitio, nec accusatio instituat soleniter, sed habita confessione suspenduntur, quia tunc illa con-

suetudo valet, & merito est seruanda, vt per Capollam consilio 39. criminal. numero fin. & fasius, in sexto, & septimo dubio, & an ex sola confessione absque alijs probationibus condemnari possit quis, & quando, remissiuè per Carrer. vbi sup. sub num. 26. Giach.

bari contra propriam confessionem, de quibus dixi supra q. 55. Et licet secundum Boss. ibi, non sit dandus terminus defensionis reo confesso, nisi illi petat, nihilominus practica generalis contrarium obseruat, scilicet vt etiam confesso, & dilationem non petenti deur terminus defensionis; et ita seruando non errabis. Vide, quae dixi supra quaest. 49. versic. Est igitur, & supra q. proxima, versic. fin autem reus.

Sed quero, nunquid vnica confessio sufficiat ad hoc, vt reus possit condemnari, an autem plures requirantur. Respond. Glos. in l. 1. in gloss. 1. ff. de quaest. tenuit, quod vnica confessio sponte facta non sufficiat, sed quod requiruntur tres. Sed certe illa gloss. communiter non tenetur, vt ait Salyc. in d. l. 2. numero 3. C. de custodia reorum, Paris Put. de synd. fol. 487. c. 8. num. 1. Dic ergo esse in hoc articulo distinguendum inter confessionem factam sponte, & eam, quae facta est in tormentis.

Nam si quidem est facta sponte, tunc vnica confessio iudicialis sufficit ad condemnandum, & haec est communis, & quasi omnium opi. vt dicit Brun. de indic. & tortur. fol. 146. num. 21. quem refert Foller. in pract. crim. fol. 272. num. 39. Et quod in tali confessione facta sponte, & sine tormentis non requiratur ratificatio, seu perseverantia consentientis, sed quod statim quod est confessus crimen, debeat condemnari, dicit esse communem

Quod vnica confessio sponte facta.) Adde supra quaest. 64. versic. tunc de grauib. infra quaestione. 82. stat. 9. & de illa dictione sponte alibi saepe; & hic adde, quod uulgo dicitur, nullae sunt partes iudicis, nisi in condemnando, ut habetur in l. 2. ff. de confess. & l. proinde, ff. ad dictam l. Aquil. uide quae dixi supra ad quaestione 21. versiculo ulterius quero, Flam. Chart. in pract. interrog. reorum, libro quarto, capitul. 2. numero 18. Drogh. Nam si quidem.) Farinac. d. quaest. 81. & cap. 1. numer. 8. 9. & 20. Ros.

Adde supra quaest. 64. versic. fin autem reus in principio, non tamen recedat a consuetudine Prouinciae, vt dixi infra quaestione 96. versic. & haec quidem in fin. Drogh.

Farinac. tit. de indit. 2. volum. quaest. 93. num. 35. & seq. vsque 47. Ros.

Adde, quod confessio spontanea sufficit absque ratificatione ad condemnandum, etiam quod sit facta in iudicio sine aliquo iuramento; & etiam sine aliqua iudicis interrogatione, dato termino ad faciendum defensiones, Gomes. de delictis in cap. 12. num. 3. cum seq. hic al legat, & ibi numero 8. dicit, quod ex vnica confessione delinquentis potest ipse delinquens condemnari, etiam si talis confessio fieret, & contineretur in processu nullo, & inualido de iure, vel quia accusans sit inhabilis, vel libellus sit ineptus, vel aliqua deficiat solemnitas, et ordo iudicialis, nisi nullitas resultaret ex defectu iurisdictionis; & attestatur de communi, & quae dicatur confessio sponte facta, vide Carrerium in dicto loco obseruare, numero 25.

Item adde, quod confessio propria rei de crimine patratu maior est quolibet instrumento, & quibuscunque depositionibus testium, Baldus in consilio 192. proponitur, quod in qualibet ciuitate col. 2. volum. 2. Crauett. consilio 61. numero 13. Riminald. iun. conf. 84. numero decimo septimo, vol. 2. inter conf. crim. diuersi. & Bertaz. conf. 371. num. 4. vol. 2. Baiard.

Adde supra quaest. 64. versic. tunc de grauib. infra quaestione. 82. stat. 9. & de illa dictione sponte alibi saepe; & hic adde, quod uulgo dicitur, nullae sunt partes iudicis, nisi in condemnando, ut habetur in l. 2. ff. de confess. & l. proinde, ff. ad dictam l. Aquil. uide quae dixi supra ad quaestione 21. versiculo ulterius quero, Flam. Chart. in pract. interrog. reorum, libro quarto, capitul. 2. numero 18. Drogh.

Nam si quidem.) Farinac. d. quaest. 81. & cap. 1. numer. 8. 9. & 20. Ros.

i Nisi in ea perseueret. Hic nota, quod si confessus perseuerat in confessione, & condemnatur, & liqueat de innocentia confessi subuenitur, per pract. Carrer. pagina mihi 20. num. 29.

opi. Dyn. in l. 2. ff. de custod. reor. quem refert Guido Papae decif. 539. quidam inculpatus, Gand. in loco praalleget. Iacob. de Beluis. in practica crim. in rubr. de quaest. num. 97. Bald. in tract. de quaest. fol. 256. numero secundo: Ital. de malefic. in titul. qua indicia, &c. num. 3.

Imola in d. conf. 109. num. 1. quem refert Carrer. in pract. crimin. fol. 18. num. 44. Marsil. in pract. crim. §. quonia, num. 18. dicit Bart. in l. 1. ff. de custod. reor. in ultimis verbis, quod ita seruat consuetudo, quem refert Bald. in l. si quis in ea, numero 2. C. de custod. reor. Si vere confessio facta sit in tormentis, vel extorta metu tormentorum, tunc non potest reus condemnari, nisi in ea perseueret, illumque ratificet, iuxta ea, qua dixi supra quaest. 64. versic. ceterum si reus.

QVÆST. LXVI.

Reum de crimine conuictum, etiamsi illud non fateatur, condemnari debere.

S V M M A R I A. Ex Claro.

- 1 Reus de crimine conuictus debet condemnari, Et quid si non constet de delicto ibid.
2 Index debet iudicare secundum acta, & probata.
3 Probationes in criminalibus esse debent luce meridiana clariores.
4 Si probatum sit delictum, non autem quod alius delicti in processu deducta, an reus sit absoluentus.
5 Contra Cardinales maior numerus testium, quam contra alios requiritur.
6 Et quid in summo Pontifice.

Ex Additionibus.

- 1 Conuincit ex quibus quis possit.
2 Conuictus an sit torquendus.
3 Testes duo conuincunt, si sunt omni exceptione maiores.
4 Et quando dicuntur tales.
5 Conuictus quis dicatur.
6 Confessus an dicatur proprie conuictus, si statutum de conuictio loquatur.
7 Famulus aufugiens an censeatur conuictus de furto.
8 Index debet esse promptus ad puniendum, vbi constat de maleficio.
9 Sententia ex nouis probationibus non conualescit.
10 Index an debeat iudicare ex conscientia, vel ex actis, re-

A D D I T I O N E S Ad Quaest. LXVI.

Hæc omnia cessant.) Dicitur conuictus tribus modis, Facinorosus velumine quarto, suæ praxis quaestione 54. in principio. Ross.

QVÆSTIO LXXVI.

Adde, quod quis conuincitur ex quinque speciebus probationum, scilicet testibus, propria confessione, instrumentis, rei euidencia, & violenta presumptione, ut not. extra de restitutione spoliat. capitulo cum ad sedes, §. nos igitur, unde captus in flagrante crimine, ex eo solo dicitur esse conuictus, lege prima, §. primo, de rapto virginum, & Paris de syndicato, in uerbo probatio, quia dicitur, quod iudex in fine, & ubi reus est conuictus non requiritur confessio rei, & contra, ubi est confessus non requiritur, quod sit conuictus

ita dicit Guilielmus Benedicet. in capitulo Raynutius, in uerbo mortuo itaque testatore, numero centesimo quadragesimo nono, quem refert, & sequitur Cassan. in conuictio. Burgund. fol. 150. numero quadragesimo, de testament. ubi dicit, quod male faceret si iudex si conuictum poneret ad torturam, ut ore proprio ore delictum confiteretur. Sed in Regno Franciæ, de tylo, & generali consuetudine contrarium seruatur, quia non sufficit, quod delatus fuerit testibus conuictus quantumcumque clara probatione, nisi ore proprio sit crimen confessus, vbi agitur de ultimo supplicio, aut membri mutilatione, si factum aliter notorium non esset, quod aliqua tergiversatione celari non possiet, & si reus non uult confiteri, debet poni ad quaestionem pro habenda confessione, ita attestatur Guilielmus Bene. in c. Raynutius, in uerbo. mortuo. l. n. 349. de test. & Masuer. in pract. tit. de prob. §. id est, ut delatus, &

& Anton. Colomb. in tractatu de controuers. crimin. articulo 207. & 208.

Item adde, quod ad conuincendum delinquentem requiruntur duo testes omni exceptione maiores, alias non probant ad condemnandum Bald. in l. fin. col. 1. & ibi etiam Salycet. C. de probation. & Carrer. in pract. crimin. in l. obserua re, numero 165. & ibi dicit, quod testes in dubio praesumuntur omni exceptione maiores, si nihil contra eos fuit oppositum, & conuictus dicitur, qui non potest negare crimen, l. qui sententiam, C. de pen. & qui commissa nulla potest tergiversatione celare, capit. cum olim de uerborum significat. in fin. 2. quaest. 1. capitul. de manifesta, & ita tradit Ifern. in constitut. Iustitia rijn non per calendas, in libro constitut. folio mihi 75. & quando Reus per duos testes dicatur conuictus, late per Gomef. de delictis, capitulo duodecimo, numero nono cum sequentibus.

Item adde, quod confessus non dicitur proprie & uere de crimine conuictus, per textum in capitulo si clericus de iud. in principio. iuncto capitulo primo, & §. fin. 2. quaest. 5. & Abb. in dicto capitulo. At si Clericus tenet, quod in materia statuti penalis in quo fieret mentio de conuictis, non comprehenditur ille, qui fuisse contra seipsum confessus, nam talis non diceretur uere, & proprie conuictus; & ideo non deberet comprehendere sub statuto maxime odiofo, in quo de conuictio mentio simpliciter fieret, & Abb. sequitur Beron. in consilio 187. numero 11. cum sequ. vol. 3. & hoc est notatu dignum, si est uerum; sed mihi videtur, quod sit nimium subtile, & contra mentem, & ratione statui; nam si uult conuictum puniri: multo magis confessum, cum nulla sit maior probatio, quam proprii oris confessio.

Legitime conuictus.] Adde in materia conuicti melius quam hic declaratum per Blancum in repet. l. fin. numero nonagesimo quarto, ff. de quaest. in principio, ubi satis recte, & distincte loquitur: debet autem semper in primis, & ante omnia constare de delicto ad hoc, ut quis dici possit conuictus, maxime ubi agitur de furto, cuius non solent remanere uestigia, sup. quaestione quarta, versiculo primo, & versiculo scias tamen, Blancus ubi supra, numero 125. differt autem in materia conuicti, cum statutum puniat crimen, an uere deprehensum, quia cum puniat crimen, tunc conuictus dicitur comprehensus, seu deprehensus in crimine; cum autem puniat deprehensum, oportet

non solum quem esse conuictum per testes, sed in facto, Bart. in l. quisquis, num. 1. C. de pet. bonorum sublati, libro 10. fol. mihi 11. Drogh.

Quo tamen intellige.] Vulpell. respons. 147. nuu. 70. & late in furto, Mascard. concl. 529. Ros.

vt dicit Rim. in loco praallegato.

Scias autem, quod haec discussio, qua fieri debet a iudice super condemnatione rei, debet fieri non secundum ipsius credulitate aut opinionem, sed secundum probationes factas in processu. Nam index tenetur iudicare secundum acta, et probata, etiamsi scias ueritate esse in contrarium, & est communis opinio, attestantur multi, quos refert Didac. lib. 1. resolut. c. 1. quod tamen intellige iuxta ea, qua dixi supra quaest. 4. & quaest. 55. versic. Potest etiam. Bene uerum est, quod quando delictum est talis qualitas, quod secundum id, quod communiter contingit, reputatur difficilis probationis, tunc sufficiunt minores probationes. Et potest poni exemplum in furto: nam si dominus conuictus de furto, appareat famulum aufugisse, satis dicitur constare de furto, secundum theoricas Doctorum, ut dicit Rim. conf. 2. nu. 3. Idemque si ostendatur aliquod signum, seu uestigium alicuius circumstantiae, ex qua uerisimiliter possit praesumi furtum commissum fuisse, pura, si reperitur fractura: aliqua in ostio, vel pariete, vel arca, haec etiam est una ex conuicturis, quam adducunt Doctores ad probandum furtum, ut ipse exoneretur ab huius-

difficilis probationis.] Adde, quae sint difficilis probationis, per Iacob. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cent. 2. casu 116. ubi enumerat 19. casus, & num. 72. admonet lectorem, quoniam aliquando aliqui casus reperiuntur, qui tamen difficilis sunt probationis, requirunt nihilominus plenam, & exactam probationem; & tradit exemplum, cum probandum est iudicem pecunia corruptum fuisse, vel per sordes iudicasse, ut ibi per eum. Giach.

Et potest poni exemplum.] Adde videndum, de famulo aufugiente, Natt. in consilio 407. ubi latissime.

Item adde, quod ubi constat de maleficio, iudices debent esse prouidi puniendum, nec debent multum ponderare iuris solennitates, quia fauor publicae disciplinae iudet ut in laetitia puniantur, Bald. in lita uulneratus. lect. ff. ad legem Aquil. refert, & sequitur Grammar. vers. numero 16. consilio 49. num. 16. Bertaz. conf. 34. num. 3. vol. 2.

Item adde, quod si reus debet esse conuictus, vel confessus, antequam condemnetur, quia non sufficeret, quod post sententiam constaret de delicto, cum sententia a ex nouis probationibus reuocari ualeat; late per Boer. in decil. 259. Batard.

Fractura aliqua.] Adde supra quaestione 4. vers. fin. ubi dixi quaestione 64. vers. debet autem, vide Alexandrum conf. 24. sub numero sexto, volum. 2. & conf. 53. eodem volumine, & hic not. quia dum dicit: Cum simus in his, quae putantur difficilis probationis, tunc sufficiunt minores probationes, addi possunt deducta per Crauet. conf. 178. sub numero 2. confer ad ea, quae dixi supra quaest. 11. vers. fuga. Drogh.